



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 vtrum doctrina pertineat ad vitam actiuam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

dentissimus, & sapientissimus rite haberi solet. Ad PRIMVM ergo dicendum, quod operationes morales specificantur ex fine, ut supra habitum est: & ideo ad uitam contemplatiuam illa cognitio pertinet, quae finem habet in ipsa cognitione veritatis. Cognitio autem prudentia, quae magis habet finem in actu appetitu virtutis, pertinet ad vitam activam.

Ad II. dicendum, quod occupatio exteriorum rerum facit hominem minus videre in rebus intelligibilius, quae sunt separatae a sensibilibus, in quibus operationes actiuae vita consistunt: sed tamen occupatio exterior actiuae vita facit hominem magis clare videre in iudicio agibilium, quod pertinet ad prudentiam tum propter experientiam, tum propter mentis attentionem: quia ubi intenderis, ibi ingenium valet, ut Sallustius dicit.\*

Ad III. dicendum, quod prudenter dicit media inter virtutes intellectuales & morales quantu ad hoc, quod in subiecto conuenit cum virtutibus intellectualiibus, in materia autem totaliter conuenit cum moralibus. Illud autem tertium uiuendi genus mediū est inter actuam uitam & contemplatiuam quantum ad ea, circa quae occupatur: quia quandoque occupatur in contemplatione veritatis, quandoque autem occupatur circa exteriora.

*Super Questionis tent. sive obversio  
ma prima Articu-  
lum tertium.*

## ARTICVLVS III.

Vtrum docere sit actus vita actiua, an contemplatiua.

In articulo tertio, si uideretur questionis circa duplex obiectum doctrine, adverte, quod si alterum scilicet obiectum conceptionis intellectuallis potest dimpliciter pertinere tam ad vitam actiuaem, quam ad contemplatiuam, videlicet vel ex parte rei conceperit: sed hoc pertinet ad doctrinam. ergo docere non sit actus vita contemplatiua. Dicit n. Grego. super Ezechiellem,\* quod uiri perfecti bona caritatis, quae contemplari potuerunt, fratribus denuntiantur, corumque animos in amorem inimicorum claram accendunt: sed hoc pertinet ad doctrinam. ergo docere non sit actus vita contemplatiua. ¶ 2 Præt. Ad idem genus uita vñ reduci actus & habitus: sed docere est actus sapientiae. dicit n. Philo. in prin. metaph. \* quod signum scientis est posse docere. Cum ergo sapientia, uel scientia pertinet ad uitam contemplatiuam, uidetur quod etiam doctrina ad uitam contemplatiuam pertineat. ¶ 3 Præt. Sicut contemplatio est actus uita contemplatiua, ita & oratio: sed oratio qua quis orat pro alio, nihilominus pertinet ad uitam contemplatiuam. ergo quod aliquis ueritatem meditatur in alterius notitiam per doctrinam deducat, uidetur ad uitam contemplatiuam pertinere.

Sed contra est quod Greg. dicit sup Ezechiel. \* Actiuam uita est, panes esuri et tribuere, uerbo sapientiae nescientem docere. Respon. Dicendum, quod actus doctrina habet duplex obiectum. Et n. doctrina per locutionem,

A locutione autem est signum audibile interioris conceptus. Estergo unum obiectum doctrinæ, id quod est materia, sive obiectum interioris conceptionis: & quantum ad hoc obiectum, quod doctrina pertinet ad uitam actiuaem, quod ad contemplatiuam. Ad actuam quidem, quod hō interioris concipit aliquam ueritatem, ut per eam in exteriori actione dingatur. Ad contemplatiuam autem, quod hō interioris concipit aliquam ueritatem intelligibilem, in cuius consideratione & amore delectatur. Vñ. Aug. dicit in lib. de uerbo Dñi.\* Eligant sibi partem meliorem. Uita contemplatiua, uacent uerbo, inheret doctrina dulcedini, occupator circa scientiam salutarē. Vbi manifeste dicit, doctrinam ad uitam contemplatiuam pertinere. Aliud uero obiectum doctrinæ est ex parte sermonis audibilis, & sic obiectum doctrinæ est ipse audiens: & quantum ad hoc obiectum, oīs doctrina pertinet, ad uitam actiuaem, ad quam pertinent exterioria actiones.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritate illa expresse loquitur de doctrina quantum ad materiam, prout ueritatibus circa considerationem, & amorem ueritatis. Ad II. dicendum, quod habitus & actus coincident in obiecto: & id manifeste illa rō procedit ex parte materiae interioris conceptionis. Intantum n. ad sapientiæ, uel scientie pertinet posse docere, in quantum potest interiorem conceptum uerbis exprimere ad hoc, quod positum adducere ad intellectum ueritatis.

Ad III. dicendum, quod ille qui orat pro aliis, nihil agit erga illum, pro quo orat, sed solū erga Deum, qui est intelligibilis ueritas: sed ille qui alio docet, aliquid circa eum agit exteriori actione. Vnde non est similis ratio de utroque.

## ARTICVLVS IV.

Vtrum vita actiua maneat post  
hanc uitam.

Ad QUARTVM sic procedit. Vñ quod uita actiua maneat post hanc uitam. Ad uitam, n. actiua pertinet actus moralium uirtutum, ut dictum est: sed uirtutes morales permanent post hanc uitam, ut August. dicit in 14. de Trin. Ergo vñ quod uita actiua permaneat post hanc uitam.

¶ 2 Præt. Docere alios, pertinet ad uitam actiuaem, ut dictum est: \* sed

nisi transirent est ipsa materia perficienda, ita obiectum actus legendi est ipse audieris perscientius per doctrinam actum immutarem ipsum audiensem, seu legem tam extra quod ad sensus, quam inuis quo ad intellectum, quantum est ex parte ipsius actus docendi, quamvis forte audiens nihil proficeret. Et propere ex hac parte omnis doctrina spectat ad uitam actiuaem sine doceat actionem, sive contemplationem.

*Super Questionis cen-  
tisimo obversio  
prima Articulum  
quartum.*

In articulo quarto, cuiusdem questionis noscenda uide doctrina occurrit: in responsione ad secundum: quoniam inde solutio illius occulta questionis habetur.

An scilicet homines beati afflunt ad ordinem angelorum, ita quod sint superiores qui buidam angelis illuminant angelos mundos beatos, i.e., quos constat esse interiores in ordine beatitudinis. Verbi gratia, An sanctus Petrus posito quod inter Seraphim, illuminat angelos qui sunt in ordine Cherubim, & sic de aliis. Ex hoc enim loco habet ab auctore partem negativam scilicet quod homines puri non illuminant angelos, immo nec alios homines inferiores ibidem beatos, quoniam haec est differentia inter homines & angelos ibidem, quod in hominibus non remanet uita actiua, ad quam spectat docere, quod ibi vocatur illuminare. In angelis autem unique ad finem mundi utraque uita quodammodo est: quoniam & contemplantur, & sunt administratores spiritus in ministeriis misericordiæ. Nec solum haec difference ponitur in litera, sed ratione ibide probatur scilicet quia illuminationes sunt de his quae pertinent ad dispensationem ministeriorum Dei.

Angelis autem secundum naturam suę ordinem